



Iohannes natus est ex familia nobili Stœrorū in Alsatia, anno circiter 1500. Is cum literarum rudimenta didicisset, pietatis amore Murbacense monasterium accessit, & Benedictinorum ordinē suscepit. Cœnobitū illud in superiori Alsatia ad Montana Vosagi situm ex potentissimis Germaniæ monasteriis unum existit, quorum quatuor abbates, singulari prærogatiua & dignitate, cæteris abbatibus præferuntur, sacri Romani Imperiij abbates habentur, omnibusq; Imperiij causis interesse solent. Fundatum autem legitur circiter 724. annum ad S. Episcopi Pyrmini petitionem, ab Eberhardo duce quodam Sueuiæ, qui in arce Alsatia Egysheim

habitaui, & tandem sub Theodorico Francorum rege in suo monasterio ordinem suscepit. Dictum id erat Murbachium uel Mortuuegium à latrocinijs tum infesto loco, quod antiquitus Peregrinorum Viuarium diceretur. Sunt tamen qui hanc foundationem Ethiconi filio Leodosij attribuant. In eo ergo loco cum Ioannes Rhodolphus uitæ integritate & rerum usu conspicuus esset, communi fratrum suffragio Murbacensis abbas electus est.